

*Schlammzungenbeschränkung*

Tribus illis vocibus, Osii, Osia, Osii, Graecis, quae graeca fide i.e. falso adducuntur (quae enim Graeciae Schola istas docuit?) serpentes incantari posse, ore scilicet Paracelsico, credam, ore autem candido & superstitionis puro si admurmurentur ista, mitiores reddi serpentes, nullus mihi, persuadebit unquam, neque, ut periculum faciam, ullus me adducet metuentem vitae periculum, quod juvenis ille apud Amatum Lusitanum, Cent. 3. Curat. 14. fallaci verborum naturali potestate temere fretus, incurrit.